Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

neutralitate decidere permutari
posset frequenter et facile ad
latitudinem egritudinis ut mul-
vel ut multum, aut simpliciter
tales denominande. Hec autem pre-
dicti sermones absque fundamento
videantur prolati, idcirco pau-
lisper circa eas contemplandum
est. Cerebrum enim huius viri
a medio speciei uel genere
elongatum est per frigiditatem et
humiditatem augmentates in eo.
Apparet autem hoc posse re-
duci a posteriori primo quia
facile leditur ab infrigidatibus
et humectantibus. Secundo per
effusionem materierum multarum
que ab hoc viro expelluntur
per os spuendo per palatum et
per nares. Tertio quia molli-
ties actu percipitur partibus
ad iacentibus cerebro. Quarto
per lesionem in operationibus in-
teriorum et exteriorum sensuum,
interiorum quidem, quia non bene
deseruit ei in operando fan-
tasia. Neque etiam ymagina-
tiua potentia in componendo
diuidendo affirmando uel
negando. Et quinto iterum propter
mobilitatem in opinionibus.
Et sexto adhuc propter noti-
mentum operationum elitiue
uel cogitatiue potentie que
extrahit sensata ex insensa-
tis, et sic de multis aliis
signis que propter longitudinem
dimittuntur. Est autem cor
ipsius et distemperatum in
frigiditate et humiditate esse-
tialiter, accidentaliter autem
super calefactum est a multi-
tudine humorum et fumorum
calidorum ab epate sibi dele-
gatorum, et paruitas enim

pulsus eius, et tarditas et
raritas, aut saltem parua
velocitas et minor frequentia
significant hoc, et elongatio
ab audatia et animositate
et leuitas sinistre partis pec-
toris, et nuditas eius a pilis
significat complexionem cordis
iam dictam. At vero stomachi
eius discrasia frigida est et
humida quod apparet ex de-
bilitate appetitus et digestionis.
etiam lenitio stomachi ex multi-
tudine generationis et congrega-
tionis ventositatum in eo et
rugitus et eructuatio et ven-
tris interpolata lenities. Hec
omnia significant stomachum lap-
sum ad frigiditatem et humiditatem.
His autem membris omnibus
subuenerit ei aliqualiter na-
tura faciendo epar eius calidum et
humidum nobiliter quod licet
contra operetur cerebro et stomacho
contra operantia diminuente, aut
ad contrarium ducente cordi, et
fortassis contra operatur contra operantia
equante, propter quod equabitur
eius dispositio et prohibetur
a manifesto et sensibili lapsu.
et sic remanet in eo neutra-
litas secunda et tertium significati
ut supra demonstratum est. Similiter
etiam de caliditate et humiditate
renum huius viri dici potest.
Ex quibus omnibus apparet
quod stante lapsu in cerebro cor-
de et stomacho propter quos lede-
retur sensibiliter et fieret eger
his tamen contra operante poten-
tia epatis. ut predictum est rema-
net lapsus neutralis a sani-
tate et egritudine elongatus.
At vero iterum licet 2m predicta